

**3186** Avillia[e] | Aeliane, m[at]ri | Egnati Rufi | equitis Ro[ma]ni, sacerdot[i]<sup>1</sup> | Iovia[e] V[er]ner[iae]<sup>2</sup> | Abellanor[um] | . . . . . | . . . . . cie . .

*Abellae (X 4207 semel descripta saec. XVIII). — 1) sacerdotis, 2) vi ner. traditur.*

**3187** Acca<sup>1</sup> Q. f. | sacerdos | Veneris<sup>2</sup>.

*Pratolae prope rudera Corfinii (IX 5466 descr. de Nino). — 1) Mulierem Paelignam huius nominis nominari apud Silium 9, 417 monet Mommsen. — 2) In aliis quoque oppidis Italiae inferioris sacerdotes Veneris vel Veneriae creabantur, cf. IX 2558. 2569. X 5444; Eph. ep. 8, 577. Sacerdotes Cereris et Veneris vide infra N. 3550. 5551.*

**3188** L. Pescenius T. f. | Mircurio<sup>1</sup> dono dedit mereto. (*Ab altera parte*) sacra Iovi<sup>2</sup> Stigio<sup>3</sup>.

*Prope Firmum Picenum rep. a. 1548, tabella aenea (I 481. IX 5550 descripta reperitur in actis quibusdam publicis civitatis Firmanae a. 1548 confectis; aliud apographum innotuit viris doctis tum Romae degentibus). — 1) Mercurio acta. Sed Mircur- scribitur etiam N. 3189. 3206 et in vase aeneo Praenestino XIV 4106, Mircur- XIV 4099. — 2) Iovis acta. — 3) Stygio vel Stugio in aere fuisse putat Mommsen (suspectam hanc partem inscriptionis reddit quod sacra Iovi Stygio hemistichium est Vergilii Aen. 4, 638).*

**3189** [L.] Pontius Cn. f. | Mircurio (*sic*) | dedit. | *Ἀένυτιος* | [II]όν- τιος | [Γ]υλάτων υἱὸς | [Ἐ]ρμᾶι δῶρο[ν].

*In insula Issa (Lissa) Dalmatiae (III 5076 vidit Mommsen).*

**3190** Mercurio | M'. Rustius M. f. M'. n | duumvir<sup>1</sup> dat.

*Romae in museo Capitolino, ara rotunda litteris fortasse liberae rei publicae (VI 548 cf. 50784, Huebner ex. script. epigr. n. 2). — 1) Duovir Antii puto, ex quo oppido aram Romam adlatam esse suspicor collato titulo Antiate X 6680.*

**3191** [Mer]curio August[o] . . . . | [pro salute imper]atoris Titi Caesaris [Vespasiani Aug.] | . . . . . templum a fundament[is] . . . . . | . . . [mace]- riam in circumitu et aedificis . . .

*Coloniae Agrippinae rep. a. 1866 (Brambach 2040; Huebner ex. script. epigr. n. 394).*

**3192** Mercurio | Sex. Veracilius | Sex. f. Ouf. | Priscus IIIvir i. d.<sup>1</sup> | ex voto don. ded. | dracones aureos | libr.<sup>2</sup> quinque | adiectis ornament. | [e]t cortina (*in latere herma Mercurii; iuxta aries; caduceus — in altero latere herma barbatus, ante quem mensa cum urceo*).

*Mediolani, ara (Notizie degli scavi 1896 p. 446 seq.). — 1) Quattuorvir iure dicundo. — 2) Librarum.*

**3193** Mercurio caelesti fatali | Q. Munatius Trochorus | ex voto sol- vit | votum Munationum.

*Romae (VI 521 bis descripta saec. XV/XVI).*